

19402

19402

CBGiOŚ, ul. Twarda 51/55
tel. 22 69-78-773



Wa5168072

D E

LONGITUDINE GEOGRAPHICA

CRACOVIAE.

Legit Joannes Cantius Steczkowski
Dr. Phil. et Speculae astronomiae Adjunctus
in Sessione Societatis Litterariae Cracoviensis d. 14. Maji 1832.

De longitudine geographica urbis Cracoviae multi jam quidem celeberrimi Viri scripsero, uti noster Sniadecki, Littrow, Wurm et alii. Primus, multis ex observationibus eclipsium Solis et Lunae, immersionum et emersionum Satellitum Jovis, occultationumque

1

geogr. malere



NH- 68626

N-4846786 ITMK

fixarum per Lunam effectarum, hanc longitudinem $1^h\ 10'\ 23''$ Orientem versus a meridiano Parisiensi statuit. *Littrow*, computatis permultis observationibus Satellitum Jovis (127 enim tales calculavit), tribus eclipsibus Solis octoque occultationibus fixarum, hancce longitudinem $1^h\ 10'\ 26''$ deduxit eamque in „*Monatliche Correspondenz B. XX. S. 23.*“ publici juris fecit. *Wurm* a. 1829. in opere periodico „*Astronomische Nachrichten von Schumacher B. VII. S. 454.*“ scripsit de longitudine geographica Cracoviae. Ibi omnes ab a. 1798. usque ad a. 1828. observationes occultationum fixarum Cracoviae institutas collegit ex iisque toties jam memoratam longitudinem $1^h\ 10'\ 28''$ obtinuit, atque satis eam accuratam opinatur.

Tamen in tam magni momenti negotio, uti definitio longitudinis geographicae aliquius loci, quae tam longo temporis spatio

maximis difficultatibus laboravit, cujusque gratia Speculae Astronomicae Parisiis et Grenovici ortae, nulla observatio, ad stabilier-
dam corrigendamve jam proxime notam lon-
gitudinem, negligenda, ut postea locus hic,
etiamsi amplius correctione non eget, aliis
comparationi inserviret. Hac mente in
specula nostra similes observationes institu-
untur quotiescunque serena coeli facies pati-
tur, quarum occultationem *α Tauri* a. 1829.
duabus vicibus et a. 1830. semel nobis in-
stituere licuit. Tribus his observationibus
in calculum vocatis, comparavi eas cum ob-
servationibus ejusdem occultationis in diver-
sis Speculis astronomicis partim optime quoad
longitudinem geographicam definitis, unde
deducta optime inter se consentiunt, sed
longitudinem Cracoviae fere 3" majorem ista
a cl. Wurm inventa praebent. Unde haec
tam notabilis differentia proveniret, ignoro,
quae autem definitio melior, tempus ostendet.

Ego usus sum tabulis lunaribus *cl. Damoiseau* quae uti satis notum, in sola theoria constructae; quum autem, ut opinor *cl. Wurm* illis *celeb. Burckhardt* utitur, quibus fundamento observationes sunt, et quarum prioritas a multis doctissimis Astronomis agnita, ideo causa differentiae fortasse hic jacet.

Calculandarum occultationum fixarum per Lunam effectarum vel generaliter eclipsium, diversae sunt methodi, sed omnes ad duas tantum reducuntur. Prima ab immortali *Keplero* in „*Tubulis Rudolphianis*“ et in „*Astronomia pars optica, Francofurti 1604.*“ et haec usitatissima, nobis est tradita, quae sectatur phaenomenon uti illud se oculis praebet, quare ad computandas observationes secundum hanc methodum, primum calculus positionum apparentium amborum astrorum i. e. obscurantis et obscurati, necnon eorum diametrorum et mo-

tus horarii instituendus; hinc deinde elicetur tempus conjunctionis horum astrorum. Methodum hanc multi celeberrimi Viri excoluere, unde permulta disquisitiones in lucem prodiere, quae tamen parum inter se dissentunt, si non, quod alii Eclipticen alii vero Aequatorem in calculum sumunt, vel denique formulas parallaxeos astrorum strictissimas simplicissimasque deducere illis curae fuit.

Secundam methodum debemus Viro praecolla ac recondita eruditione praedito, *celeberrimo Geometrae Lagrange*, quam ille in „*Astronomisches Jahrbuch 1782. S. 62*“ publici juris fecit. Methodus haec in sequentibus constat: apparet distanca astrorum exprimitur per geocentricos eorum et observatoris locos, quae expressio summae (pro exteriori) vel differentiae (pro interiori contactu limborum) apparentium diametrorum aequalis posita, suppeditabit aeqnatio-

nem in qua tempus conjunctionis quantitas incognita est. Hujus methodi minus priori frequens postea usus, sed quoad doctrinam de eclipsibns, multo longius haec illa spectat, omniaque Astronomiae problemata novam posthac formam induere. Ultimam hanc methodum *celeb.* *Besselius* exquisitissimum in modum in „*Astronomische Nachrichten von Schumacher B. VII. S. 121.*“ explicuit. Hic enim eruditissimus Vir, assumta pro quantitate incognita in solutione problematis eclipsium, ipsa differentia meridianorum, formulam deduxit in qua praedicta differentia, correctiones omnium elementorum tabularum et insuper error meridiani terrestris, continentur. Haec ultima praecipue correctio maximi momenti est, suppeditarent enim nobis hac ratione occultationes fixarum per Lunam effectae, aliquam et forsan certissimam notitiam figurae sphaeroidos terrestris, ad quem finem ejusmodi

observationes propositae, parvam adhuc utilitatem ostendere; nemo enim ante *Besselium* sufficientem in modum formulas maxime possibilis hinc fluentis fructus nos ducuit. Tamen et Vir hic, sub finem suae elegantissimae disquisitionis, asserit, computum omnium quinque correctionum in aequatione pro differentia meridianorum occurrentium, tum solummodo alicujus negotii fore, quum influxum tantum earum in deductum scire nobis in animo est.

In computanda nostris ex observationibus longitudine geographicā Cracoviae, ego primam memoratarum methodorum et quidem duce celeb. *Littrow* secutus sum. Hic in suo opere „*Theoretische und practische Astronomie B. II. S. 507.*“ sequenti modo problema hoc solvit.

Sint *L*, Vera longitudo Lunae in Ecliptica

$$\lambda, \beta, \text{ Longitudo et latitudo apparens Lunae } \\ l, b, \text{ detto detto fixae} \\ R, \text{ Semidiameter apparens Lunae} \\ h, = \frac{\text{motus horar. Lunae in longitudine}}{36000}$$

In triangulo rectangulo cuius hypothenusa semidiameter Lunae R , et catheti, differentia longitudinum apparentium ($l - \lambda$), differentiaque latitudinum apparentium ($\beta - b$) Lunae et fixae, e tabulis nota sunt: Semidiameter Lunae et differentia latitudinum apparentium quae ad Eclipticen reducta, dabit differentiam veram loci apparentis Lunae et veri fixae; sed differentia verae et apparentis longitudinis Lunae in Ecliptica etiam nota, ergo differentia verarum longitudinum centri Lunae et fixae tempore observationis, erit hac ratione comperta. Nunc e motu horario Lunae et ista differentia longitudinum, elicetur tempus quo Luna ad per-

agendam hancce differentiam eget, quod postea tempori observationis additum vel ab eo subtractum, ut immersio vel emersio observata, tempus verae conjunctionis ostendet. Jam videamus calculum. Ex figura, quam sibi quilibet facillime construere potest, ex que his quae de triangulo diximus, fluit differentia longitudinum quam ψ nominare volumus

$$\psi = \sqrt{R^2 - (\beta - b)^2}$$

et ad Eclipticen reducta

$$\psi' = \frac{\sqrt{R^2 - (\beta - b)^2}}{\cos b} = l - \lambda \text{ in Ecliptica}$$

sed $l - \lambda = L$ notum

ergo etiam $l - L$ erit notum

$$\text{videlicet } l - L = (\lambda - L) \pm \psi'$$

signum superius pro immersione et inferius pro emersione. Nunc e motu horario Lunae, habebimus tempus intra observationem et conjunctionem elapsum θ , ex aequatione

$$\theta = \frac{(\lambda - L) \pm \psi'}{h}$$

tempusque conjunctionis = tempori observationis $\pm \theta$ vel $T = t \pm \theta$

signum superius si $l > L$. et in ferius si $l < L$.

In hac solutione error longitudinis Lunae non timendus; differentia enim solummodo apparentis et verae hic occurrit, sed R et β possunt aliquem et haud parvi.

momenti influxum in deductum habere. Ut et errores hinc fluentes noscamus, differentiatur aequatio pro tempore conjunctionis obtenta, in qua t est constans,

$$\text{ergo } dT = \pm d\theta = \pm \frac{d\psi'}{h}$$

$$\text{sed } d\psi' = \frac{R dR - (\beta - b) d\beta}{\psi' \cos^2 b}$$

$$\text{ideo } dT = \pm \frac{R dR - (\beta - b) d\beta}{\psi' h \cos^2 b}$$

$$\text{et } T' = T + dT = t \pm \theta + \frac{R dR}{\psi' h \cos^2 b} - \frac{(\beta - b) d\beta}{\psi' h \cos^2 b}$$

quae aequatio pro una quaque observatione explicanda.

Adhuc mihi praemonendum puto, locos apparentes Lunae, ad formulas a celeb.
Olbers in „Astronomisches Jahrbuch 1808. S. 196.“ datas, computatos.

En jam elementa calculi simul cum deductis pro singulis diebus observationum.

OCCULTATIO α Tauri die 25. Julii 1829.

E tabulis lunaribus cl. Damoiseau obtinui pro $o^h + t$ temporis medii Parisiensis:	
Longitudinem Lunae	$66^\circ 56' 17.''11 + (32' 58.''45)t - 0''.703t^2$
Latitudinem . . .	$-4^\circ 40' 40.16 - 70.''33t + 0.778t^2$
Parallaxin aequator.	$57'' 2.12 - 1.43t$
Semidiametrum . . .	$15^\circ 32.53 - 0.39t$

Obliquitatem Ecliptices sumsi ex „Astronomische Hülftafeln von Schumacher für 1829.“ et hanc = $25^{\circ} 27' 52''$. 1. Cum his elementis sequentia inveni:

		<i>Tempus medium</i>			<i>Tempus conjunctionis</i>		
<i>Aboae</i>	<i>Im.</i>	13	9	23. ⁵⁹	14 ^h 10 ^m 42 ^s .67	-0 ^s .63d β + 1 ^s .93dR	
	<i>Em.</i>	14	1	6.97	14 10	46.78 + 0.55d β - 1.91dR	
<i>Cracoviae</i>	<i>Em.</i>	13	37	3.63	14 1	31.74 + 0.12d β - 1.83dR	
	<i>Im.</i>	13	22	20.33	14 28	27.10 - 0.48d β + 1.89dR	
<i>Dorpati</i>	<i>Em.</i>	14	15	47.02	14 28	29.55 + 0.38d β - 1.87dR	
	<i>Im.</i>	13	16	15.92	13 39	19.20 + 0.22d β - 1.84dR	
<i>Pragae</i>	<i>Em.</i>	12	53	49.08	14 3	36.20 - 0.41d β + 1.84dR	
	<i>Regiomonti</i>	13	45	43.81	14 3	41.59 + 0.34d β - 1.86dR	

Observationes *Aboae* et *Regiomonti* suppeditant valores $d\beta = +3''.507$; $dR = +2''.151$, quibuscum correcta tempora conjunctionis in medio ex immersione et emersione sequentia fluunt:

	<i>Corr. temp. conj.</i>	<i>Assumptae longit.</i>	<i>Long. Cracoviae</i>
<i>Aboae</i>	14 ^h 10 ^m 44 ^s .61	- 1 ^h 19 ^m 49 ^s .2	- 1 ^h 10 ^m 32 ^s .81
<i>Cracoviae</i>	14 1 28.22
<i>Dorpati</i>	14 28 28.05	- 1 37 33.5	33.67
<i>Pragae</i>	13 39 16.02	- 0 48 20.4	32.60
<i>Regiomonti</i>	14 3 38.77	- 1 12 39.0	28.45

OCCULTATIO α Tauri die 9. Decembris 1829.

E tabulis lunaribus calculavi pro $6^h + t$ et $7^h + t$ t. m. Paris, sequentes locos Lunae:

<i>Long. Lu.</i>	$66^\circ 44' 29''.02 + (35'29''.18)t - 0''.626t^2$	$..67^\circ 19' 57.57 + (35'27''.90)t - 0''640t^2$
<i>Latitud.</i>	$-4^\circ 46' 4.83t - 57.98t^2$	$+0.927t^2 - 4^\circ 47' 1.67t - 56.09t + 0.927t^2$
<i>Paral. aequ.</i>	$59^\circ 0.77t - 1.23t$	$..... 58^\circ 59.54t - 1.23t$
<i>Semidiameter</i>	$16^\circ 4.86t - 0.32t$	$..... 16^\circ 4.52t - 0.52t$

Obliquitatem Ecliptices etiam ex „Hülfstafeln von Schumacher“ sumsi
 $= 25^\circ 27' 31''.6.$ quibuscum elementis haec obtinui:

		<i>Tempus medium</i>	<i>Tempus conjunctionis</i>
<i>Altonae</i>	<i>I.</i>	$6^h 28' 24''.74$	$7^h 39' 0''.95 - 0''.47d\beta + 1''.76dR$
	<i>E.</i>	$7^\circ 27' 54.09$	$6.35 + 0.25d\beta - 1.68dR$
<i>Aberdoniae</i>	<i>I.</i>	$5^\circ 46' 29.10$	$6^\circ 50' 53.28 - 0.97d\beta + 1.96dR$
	<i>E.</i>	$6^\circ 37' 44.80$	$62.05 + 0.76d\beta - 1.86dR$
<i>Cracoviae</i>	<i>I.</i>	$7^\circ 6' 8.57$	$8^\circ 19' 7.02 - 0.40d\beta + 1.70dR$
<i>Coburgi</i>	<i>I.</i>	$7^\circ 26' 54.87$	$7^\circ 43' 11.25 - 0.27d\beta + 1.72dR$
<i>Dorpati</i>	<i>I.</i>	$7^\circ 50' 50.34$	$8^\circ 46' 9.80 - 0.37d\beta + 1.74dR$
	<i>E.</i>	$8^\circ 54' 55.82$	$12.96 + 0.18d\beta - 1.71dR$
<i>Gottingae</i>	<i>I.</i>	$6^\circ 24' 46.88$	$7^\circ 39' 2.49 - 0.36d\beta + 1.70dR$
	<i>E.</i>	$7^\circ 25' 1.98$	$6.54 + 0.13d\beta - 1.71dR$

	<i>Temp, medium</i>	<i>Tempus conjunctionis.</i>
<i>Manhemii I.</i>	$6^h 14' 58.''89$	$7^h 33' 6''.42 - 0''.28d\beta + 1''.72dR$
	<i>E.</i> 7 15 5.22	$9.25 + 0.04d\beta - 1.70dR$
<i>Pragae I.</i>	$6 \quad 41 \quad 31.00$	$7 \quad 56 \quad 57.91 - 0.17d\beta + 1.71dR$
	<i>E.</i> 7 43 55.00	$60.99 + 0.07d\beta - 1.70dR$
<i>Regiomon: I.</i>	$7 \quad 16 \quad 20.12$	$8 \quad 21 \quad 17.54 - 0.29d\beta + 1.72dR$
	<i>E.</i> 8 19 53.98	$20.68 + 0.08d\beta - 1.70dR$
<i>Spirae I.</i>	$6 \quad 14 \quad 36.19$	$7 \quad 53 \quad 1.65 - 0.27d\beta + 1.72dR$
	<i>E.</i> 7 14 44.79	$7.57 + 0.10d\beta - 1.70dR$

Ex observationibus *Altonae* et *Regiomonti* fluunt valores $d\beta = -7''.906$, $dR = -0''.085$, quibus adhibitis habebuntur correcta tempora conjunctionis in medio ex immersione et emersione sumta et insimul longitudo *Cracoviae* haec :

	<i>Corr. temp. conj.</i>	<i>Assumptae long.</i>	<i>Long. Cracoviae</i>
<i>Altonae</i>	$7^h 39' 4.''51$	$-0^h 30' 25''.0$	$-1^h 10' 50.''53$
<i>Aberdoniae</i>	$6 \quad 50 \quad 58.41$	$+0 \quad 17 \quad 40.0$	31.63
<i>Cracoviae</i>	$8 \quad 19 \quad 10.04$
<i>Coburgi</i>	$7 \quad 43 \quad 13.23$	$-0 \quad 34 \quad 31.6$	28.41
<i>Dorpati</i>	$8 \quad 46 \quad 12.12$	$-1 \quad 37 \quad 33.5$	31.42
<i>Gottingae</i>	$7 \quad 59 \quad 5.42$	$-0 \quad 30 \quad 25.0$	29.62
<i>Manhemii</i>	$7 \quad 33 \quad 8.77$	$-0 \quad 24 \quad 30.0$	51.27
<i>Pragae</i>	$7 \quad 56 \quad 59.84$	$-0 \quad 48 \quad 20.4$	30.60
<i>Regiomonti</i>	$8 \quad 21 \quad 19.93$	$-1 \quad 12 \quad 39.0$	29.11
<i>Spirae</i>	$7 \quad 33 \quad 5.17$	$-0 \quad 24 \quad 25.0$	29.87

OCCULTATIO α Tauri die 16. Julii 1830.

Pro ($12^h 20' 50''$) + t	temporis medii Paris.	inveni e tabulis lunaribus
Longitudinem Lunae	$67^\circ 54' 26.''04 + (35' 31.''73)t - 0.''255t^2$	
Latitudinem . . .	$-5 \quad 7 \quad 9.44 -$	$12.02t + 0.988t^2$
Parall. aequat.	59	$6.83 -$
Semidiametrum . . :	16	$6.51 -$
		$0.15t$

atque obliquitatem Eclipticae = $23^\circ 27' 31.''8$ ex „Astronomisches Jahrbuch für 1830. von Encke.“

Quibus elementis in calculum adhibitis, sequentia deduxi:

	Tempus medium.	Tempus conjunctionis.
Cracoviae I.	$1^h 34' 9.''48$	$0^h 41' 22.''77 - 1.92d\beta + 2.56dR$
Gottingae I.	$0 \quad 45 \quad 44.00$	$0 \quad 1 \quad 15.80 - 1.82d\beta + 2.49dR$
Pragae I.	$1 \quad 7 \quad 16.60$	$0 \quad 19 \quad 12.08 - 1.65d\beta + 2.36dR$
Viennae I.	$1 \quad 16 \quad 14.72$	$0 \quad 27 \quad 1.03 - 1.39d\beta + 2.19dR$

N.B. Observatio Gottingae data fuit „Astronomische Nachrichten von Schumacher B. VIII. S. 322.“ $0^h 44' 44''$. o temp. med., debet autem esse uti calculus monstravit $0^h 45' 44''$. o, error hic forsitan typographicus.

Quum occultationis hujus tantum immersio ubique observata, ideo correctiones $d\beta$ et dR definiri non possunt, si igitur = 0 ponantur, e praecedentibus sequentia fluunt:

	<i>Tempus conju.</i>	<i>Assum. Longitud.</i>	<i>Long. Cracoviae.</i>
<i>Cracoviae</i>	$0^h 41' 22".77$	· · · · ·	· · · · ·
<i>Gottingae</i>	0 19 15.80	-0 ^h 30' 25."0	-1 ^h 10' 31".97
<i>Pragae</i>	0 1 12.08	-0 48 20.4	31.09
<i>Viennae</i>	0 27 1.03	-0 56 10.4	52.14

Longitudines itaque Cracoviae ex tribus occultationibus α Tauri, erunt sequentes:

1829. *Julii 25.*

	<i>Long. Cracoviae</i>
<i>per Aboam</i>	: : : . -1 ^h 10' 32".81

Dorpatum 33.67

Pragam 32.60

Regiomontum 28.45

Altonam 50.53

Aberdoniam : : : . 31.63

Coburgum 28.41

Dorpatum 31.42

Gottingam 29.62

Manhemium 31.27

Pragam 30.60

Regiomontum 29.11

Spiram 29.87

1829. *Decembr. 9.*

19402

16

1850: *Julii* 16:

<i>Gottingam</i>	:	?	?	-	$1^h 10' 51.''97$
<i>Pragam</i>	?	?	?		51.09
<i>Viennam</i>	?	.	.		32.14
<hr/>					
<i>Medium</i>					$1^h 10' 50.95$

Probabilis error unius cūjuscunque determinationis est

$$= 0.67449 \sqrt{\frac{36.0957}{16}} = 1.013$$

Probabilis incertitudo determinationis erroris unius comparationis

$$= \pm 0.47694 \cdot \sqrt{\frac{1.013}{16}} = \pm 0.121$$

Atque error probabilis prius in medio deductae longitudinis geographicae Cracoviae

$$= \frac{1.013}{\sqrt{16}} = 0.253$$

